

Dort Saaleck, hier die Rudelsburg (Latein)

- 1 -

Illic Saleck, et hic arx stat,
Quae fert Rodolfi nomen,
Ima in valle strepitat
A Sala faustum omen.
Montes et iuga undique
Laetissimi spectamus,
Rodolfi arx volt unice,
Ut hilari bibamus.

- 2 -

Jenae et Halae id sciunt
Scientiae studentes,
Et prisco more hauriunt
Cados ibi fulgentes.
Muscosis ex saxis sonant
Hic cantus iubilantes,
Et Salae undae concrepant
Et echo acclamantes.

- Dort Saaleck, hier die Rudelsburg (Latein) -

- 1 / 2 -

- 3 -

O patria, quam omnibus
Places arvis et pratis
Et vallibus et montibus
Et silvis odoratis!
O patria, ob eam rem
Tibi cantus canamus,
Corda et poela in tuam
Salutem et tollamus !

- 4 -

Quam sonat in convallem id
Per densas eius frondes!
Et Sala laete obstrepat,
Et repercutiunt montes,
Et montes hic et illic sunt,
Quocunque nos spectamus -
Rodolfi rudera volunt,
Ut hilari bibamus.

- Dort Saaleck, hier die Rudelsburg (Latein) -

- 2 / 2 -